vitreis speculantibus infra tres menses sub poenis 6.

Die 16 Januarij 1771 de mane

Illmus, et Rmus D. missa celebravit in Eccla S. Mariae et deinde Dominus Residentia libros administrationis et missam examinavit

Et de sero convocato Clero proposuit Conferentiam spiritualem habendam semel in hebdomada diebus iovis iuxta methodum in hac prima observatam

De Ecclesia S. Antonij in Campis

Die 17 Januarij 1771 de mane

Illmus D. se contulit ad praefatam Ecclesiam, in qua dies festus S. Tituli agebatur, et ibidem missa celebravit, et deinde visitavit, et decrevit ut infra.

De Altare S. Antonij

Unicum adest Altare Deo dicatum in honorem S. Tit., in quo erectum est Beneficium [illegible] cum onere trium missarum singulis mensibus, cuius Rector est Illmus et Rmus D. Battelli, et possidet Census descriptos in actis p. 3 fol. 20.

Et quia R. Hortensius Celli, qui curam Beneficij gerit

supponit prefatas missas celebratas fuisse ab Ante-
cessoribus ex devotione, non autem obligatione, Il-
lustrissimus D. mandavit fieri diligentias ad effectum pro-
videndi prout de Iure, et interim teneri de adimple-
mento.

Ecclesia, et Altare manutenes ex eleemosinis per San-
ctesios pro tempore deputatos à Prioribus Commu-
nitatis, et possidet solummodò petium Terræ contiguum
recentum in Emphiteusim à Thoma Rodulpho, cum re-
sponsione scuti unius quolibet Anno. R. Joseph Cre-
scentius reliquit Ecclesiæ Petiolum Terræ olivatæ in
Contrada Capo la Ripa cum onere unius Missæ in Dominica
Palmarum, et quia non dicti Sanctesij acceptaverunt
Legatum, nonobstante Decreto Episcopi Aleotti in sua
Visitatione fol. 155 illis prefixit Terminum unius Men-
sis ad deliberandum. Illustrissimus D. commendavit
D. Caesareo Rodulpho, ut cognoscat statum Le-
gati, et certiorem reddat D. S. Illustrissimam.

Et quo ad Altare, mandavit anteferri Lapidem sacrum
per tres digitos, et provideri de tela cerata.

De Saeris

De Sacris Suppellectilibus

Mandauit mundari Calicem, et reaptari Planetam diuersorum colorum

De Tota Ecclesia

Mandauit fenestras muniri Vitreis specularibus, uel saltem Tela cerata infra duos menses sub poenis

De libris Parochialibus Ecclesiae S. Mariae

Mandauit in libro Confirmatorum describi nomina patruum confirmatorum et subscribi, ac Curabit et in libro Mortuorum confici Rubricellam infra duos menses sub poenis arbitrio

De libris Parochialibus Ecclesiae S. Valentini

Mandauit omnino seruari formam Ritualis Romani sub poenis etc.

De Statu Animarum Ecclesiae S. Mariae

Familiae sunt no. —————— 145